



# Juan de Bethencourt y Alfonso V de Aragón

## DOCUMENTOS INÉDITOS

(Continuación)

Alfonso V de Aragón manda que sean pagadas las cantidades prometidas por sus súbditos Juan de Bethencourt, para auxilio de su empresa de Canarias. Barcelona, 21 febrero 1419.

Alfonsus, etc., Reverendis, venerabilis, Egregiis, nobilibus, dilectis et fidelibus Archiepiscopis, Episcopis et collegiis quibusvis, Abbatibus, Castellano Emposte, prioribus, comendatoribus, aliisque prelati et personis ecclesiasticis quibuscumque, necnon marchionibus, comitibus, vicecomitibus, Richis hominibus, militibus et generosis personis et universis et singulis officialibus nostris intra nostri dominium ubilibet constitutis vel locatenentibus eorundem et etiam quibuscumque portasiis, salutem et dilectionem. In supplicacione humili, celsitudini nostre pro parte nobilis et devoti nostri Johannis debet amort, domini Insularum de Canaria, vidimus contineri. Quod licet plures persone intra nostri dominium suam foventes in celatum, inclinate devocione indulgenciarum, asumo pontifice per dictum nobilem, ob respectum conqueste quam facere disposuatur et fecit de dictis insulis ab infidelibus delentis, obtentarum, quasquidem insulas ipse nobilis laudabiliter ad dei cultum et christiane Religionis augmentum subingavit, pluresque habitatores in eisdem ad dei omnipotentis cultum de fidei catholice tramitem, atraxit et atraere non desinit, animo sitibundo, magnas et innumerabiles expensas ultra sanguinis efusionem faciendo, et incessanter expendendo; in divesis pecunie quantitatibus et aliis promissis et oblati, obnoxie et obligate, sibi et illis qui adhoc fuerant per dictum nobilem in questores seu procuratores deputati, existant et teneantur; Atamen, aliqui de promisoribus jamdictis, ei aut questoribus et procuratoribus pro ipsius parte deputatis, soluere dictas quantitates et alia promissa, indebite cessant et contradicunt, in sui dispendium et jacturam; ob quod fuit nobis humiliter supplicatum ut sibi, super his,

dignaremur debite per justiciam providere. Nos, igitur, supplicacioni huiusmodi tanquam licet juste et pie ac in augmentacionem fidei Catholice cedente, anuentes benigne, Requirendos ex vobis requirimus et monemus ac effectuosissime exortamur, aliis vero dicimus et mandamus expresse et de certa sciencia, sub pena Mille florenorum auri de Aragonia de bonis cuislibet contrafacientis irremissibiliter exigendorum, nostroque erario applicandorum, ireque et indignacionis nostreracursu quatenus omniis more dispendio reseccato, compellatis rigide et distinctis omnes et singulas personas quas ex scriptis productos pro parte dicti nobilis seu questorum et procuratorum per ipsum deputatorum aut alios repereritis vigore dictarum indulgenciarum et promissionum seu oblacionum inde factarum ei teneri et obnoxias seu obligatas fore ad solvendum et tradendum realiter et de facto dicto nobili vel procuratoribus seu et questoribus pro parte sua deputatis et deputandis, quasquunque quantitates pecunie et alia eis promissa et debita, opposicionibus frivolis ac aliis diffugiis proculpulsis et retro rectis insuper, recolentes ad quantam dei laudem predictam promissa si debiter solvantur et fidei catholice augmentum cedentur, volentes dictum nobilem et questores ac procuratores pro parte sua ad predictam deputatos et deputandos, ob reverenciam orthodoxe fidei cuius geritur hac parte negocium, a molestiis et inquietudinibus quibuscumque preservari, eos et ipsorum quemlibet ac bona eorum recipimus et constituimus, serie cum presenti, sub nostris specialibus custodia, proteccionem, guidatico et comanda. Ita quod nullus de nostri confidens gracia vel amore audeat vel presumat dictum nobilem eiusque procuratores et questores aut negociarum gestores ac familias et bona eorum invadere, offendere et gravare verbo vel facto, palam vel occulte aut etiam injuriari. Mandantes vobis dictis officialibus et subditis nostris, vestrique dictorum officialium locatenentibus presentibus et futuris quatenus presentem proteccionem, custodiam, quidaticum et comandam et omnia et singula in presenti contenta firma habeatis teneatis et observetis ac faciatis ab aliis inviolabiliter observari. Quicumque autem, ausu temerario ductus, contra presentem nostram proteccionem, custodiam, guidaticum et comandam venire presumpserit, iram et indignacionem nostram ac penam Mille morabitorum auri nostro erario applicandorum, absque remedio aliquo, se noverit incursum, damno illato primitus et plenarie restituto. Datum barchinone xxj die ffebrearii anno a nativitate domini m cccc X viiil°. De ffuncies vicecancelario.

(Archivo de la Corona de Aragón, reg. 2.609, f. 85 v.º.)

Alfonso V manda a sus oficiales de Mallorca que, no obstante la firma de derecho interpuesta, obliguen a pagar a los que se obligaron a ello por promesa hechas a Bethencourt. Barcelona, 27 junio 1419.

Johannis debet ancort.—Alfonsus, etc. Nobili et dilecto ac fidelibus vicesgerenti Gubernatoris, ceterisque officialibus in Civitatis et Regno Maioricarum constitutis vel eorum locatenentibus necnon bernardo mas portario nostro. Salutem et dilectionem. Celcitudini nostre pro parte nobilis et devoti nostri Johannis de bet ancort domini insularum de Canaria fuit humiliter supplicatum quod licet dudum a nostri Curia emanaverit, vobisque dicto vicesgerenti presentata fuerit, quedam literam huisismodi seriei: Alfonsus dei gracia... Inseto tenore littere supra in lxxxv folio registrato port cuius datam et signaturam sequitus hoc:

Attamen vos dictus vicesgerens complere et exequcioni debite demandare contenta in preinserta littera contra homines et mulieres populos in dicto regio sic et Civitate, dicto nobili Johanni et eius procuratoribus seu questoribus, ob noxios seu ut predicatur obligatos, non valuistis eo quod persone predictae, racione oblacionum seu profesarum predictarum quas dudum fecerunt dicto nobile, licet mere laice firmaverint, pro quantitibus quas pridem obtulerunt seu promiserunt se daturus, de jure in posse officialium Episcopi Maioricarum, qui vos inhibuisse dicitur, ne dicta juris firma pendente, contra dictas personas aliquatenus procederetis; quod nedum in dicti nobilis, qui tam pium et caritativum opus prossequitur, jacturam atque damum, verum eciam et jurisdictionis ac regaliarum nostrarum lesionem et detrimentum certim redundare. Supplicato, igitur, a nobis super his de juris remedio provideri, vobis et unicuique vestrum dicimur et mandamus expresse et de certa sciencia, quatenus servando dictam litteram ad unguem et exequendo omnia et singula in ea contenta, dictas personas quas, ut in littera preinserta expressatur, repereritis fore obnoxias, tentas et obligatas dicto nobili, racione profertarum et obligacionum per eas racione predicta factarum dicto nobili seu eius procuratoribus et questoribus, quasque tamen laycas existere repereritis, non obstantis quavis juris firma in posse dicti seu alterius cuiusvis officialis ecclesiasticis facta aut flenda, se eciam, inhibicionibus quibusvis ab ipsis officialibus emanatis seu in posterum emanandis, compellatis et forcietis ad solvendum et tradendum realiter et de facto quantitates per eas debitas et alia promissa dicto nobili seu eius procuratoribus aut aliis

ab ipso habentibus potestate, frivolis excepcionibus, juris firmis aut diffugis et maliciis quibuscumque uetrorectis, in his taliter vos habendo ut quod mandamus effectibiter compleatis, et dictum nobilem seu eius procuratores, ob defectum justicie seu prompte executionis, non videamus ulterius conquerentes et jurisdiccio seu regalie nostre nullum paciantur, sicuti necdeceat, detrimentum. Si vero dictas executiones fieri per dictum portarium contingit, vos ceteri officiales nostri, sibi prebere auxilium, consilium et favorem, si quando et quociens ac pront extiteritis requisiti, simul eciam seu divisim, nullatenus differatis. Datum barchinone xxvij die Junii anno a nativitate domini M cccc xix.

(A. C. A. reg. 2.609, f. 116 v.º)

**Alfonso de Aragón reitera la orden de pagar lo prometido a Juan de Bethencourt, contra una supuesta revocación de las indulgencias pontificias, alegada por algunos. Barcelona 23 de agosto 1419.**

Nobilis Johannis de betancort.—Alfonsus etc. Reverendis, Egregis... necnon Gubernatori generale, eiusque vices gerentibus, vicariis vice et Minorise et universis et singulis officialibus nostris intra dominium nostrum ubilibet constitutis vel eorum locatenentibus, salutem et dileccionem. Nostre celsitudini fuit pro parte nobilis et dilecti nostri Johannis de betancort, militis, domini insularum de Canaria expositum querelose: Quodcum dudum ipse ad honorem et laudem christi et exaltacionem catholice fidei, prosequens dei negotium contra brutos infideles canarios, insulas Canarie infidelibus tunc subjectas dispossuisset sub nomine Christi ad sui dominium subjugare; et videns quod ob id maximo expensarum pondere gravaretur, a summo pontifice volente eidem pie caritatis auxiliis subvenire, obtinuerit ut in serris et Regnis nostris in eius proponeretur subsidium verbum crucis Et ut Christi fideles ad ipsius nobilis et tanti operis auxilium eo inducerentur libencius, quo sibi perciperent ac sentirent benneficia sedis apostolice prompcciora, omnibus illis qui dicto nobili in personis sive pecunia ad ipsum exequendum et proficiscendum negocium subvenirent, in salutem animarum suarum sub certis modis et formis indulgenciarum benneficia copiose et ex inde plures ex subditis nostris pro divine caritatis affectu ut possent indulgenciarum ipsarum benneficia obtinere, certas, in subsidium dicti nobilis, promisserunt se daturus pecuniarum quantitates quas nunc, in animarum suarum periculum, dicti nobilis

sub spe dictarum promissionum dictum perduxit negotium deo propicio ad effectum et jacturam atque dampnum, ac cuiusdam littere mee a nobis dudum obtente huiusmodi serici: Alfonsus et Reverendis venerabilibus, Egregiis nobilibus, etc., inserto certo senore in folio lxxxv." post cuius datam et signaturam sequitur hoc; Neclectum et detrimentum minus debite solvere contradicunt asserentes dictas indulgencias fore revocatas per camerarium domini pape quod fieri minime posset et si de facto factum fuerit non valet cum solum per summum pontificem qui eas concessit habuissent revocari et non per alium inferiorem, et pro parte dicti nobilis fuerit nobis humiliter supplicatum ut dictos subditos nostros ad solvendum promissa per eos, compelli facere mandaremus. Nos dignum et debitum arbitantes ut que ob causam premissam ad laudem altissime et christiane Religionis augmentum devoverunt, reddant liberaliter et ex solvant. Requirendos ex vobis requirimus et ortamur aliis vero dicimus et mandamus, expresse et de certa sciencia, sub pena Mille florenorum auri de Aragonum de bonis cuiuslibet contrafacientis irremissibiliter habendorum nostroque erarius (sic) applicandorum, ireque et indignationis nostre incursi, quatenus servantes et tenentes omnino litteram preinsertam et in ea contenta quilibet vestrum in jurisdictionem sibi comissa compellatis omnes et quos libet quis teneri reppereritis ad predictum ad solvendum et tratendum realiter et cum effectu dicto nobili seu eius nunciis et procuratoribus totum id in quo racione huiusmodi teneantur pro ut ipsos ad hec inueneritis ex dictis scripturis promissores, non obstantibus excepcionibus frivolis. Caventes attente ne contra predictarum indulgenciarum concessionem pro dicto pio proposito sinatis aliquem contrahere earum exactionem verbo aut facto, ducti spiritu diabolico perturbare aut gravare, in his taliter vos habentes ut quod mandamus effectualiter compleatur et dictum nobilem seu eius procuratores et nuncios non videamus ob defectum prompte executionis repertum in vobis ulterior conquirentes alias imputabitur indubie et merite vobis et bonis vestris, Datum barochinone xxij die Augusti Anno a nativitate domini Mccccxix. De Ortig...

(A. C. A. reg. 2.609, f. 126 v.º)

**ELIAS SERRA RAFOLS.**

Prof. en la Universidad de La Laguna.